



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio LXXVIII. De Beneficiatis onera suorum Beneficiorum præstare
recusantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)



TITULUS V.

De Præbendis & Dignitatibus.

DECISIO LXXVIII.

De Beneficiatis, onera in prima fundatione
Beneficiis imposita præstare recusantibus.

SPECIES FACTI.

IN variis cujusdam Provinciæ Nobilium Castris reperiuntur plura Beneficia tam liberaliter à piis Majoribus fundata, ut singula congruam Beneficiatis sustentationem hodie adhuc præbeant. Sed non sine animi mæore sæpius jam à pluribus observatum est, quòd provisum de dictis Beneficiis Clerici reditus quidem sat amplos incunctanter exigant & percipiant, parùm tamen solliciti sint de pensio Missarum, quod ipsis ex Fundatorum voluntate incumbit, accuratè persolvendo; dum aliqui parùm anguntur, si Missas, quas Fundatores in Arcium Sacellis dici volebant, alibi legant, ubi commodum ipsis vel

libitum fuerit; alii verò hujusmodi Missas sæpius omnino negligunt, legere omittunt. Si neglecta commonefiant, & exemplum Romana Curia, totis viribus accuratam eorum fundationum executionem & observationem sedulo perurgent, & jiciatur, expeditam habent responsionem, illud vulgatum opponitur: *si fueris Romæ, Romano vivito; si fueris alibi, vivito sicut ibi.* Castri proinde videntur nescio quam Consuetudinem vel Præscriptionem qua ab onere, Beneficiatis imposita, se exemptos credunt, vel se excusantur. Unde exurgit



QUÆSTIO.

An dicti Beneficiati contra tenorem foundationum omit-
tentes Sacra, vel non in loco debito legentes, in conscientia tuti
sint, & à Judice Ecclesiastico non compellendi ad ea,
quæ Fundatores postulârunt, integrè adimplenda?

Rationes Dubitandi.

Præterea fors ages pro dictis Capel-
lanis seu fidei seu serui, & dices I.
Voluntas Fundatorum non tam ex ver-
bis, quam ex verisimilibus coniectu-
ris determinanda est, sicut voluntas Te-
statorum. I. licet Imperator ff. de Lega-
tis. l. 1. cum proponeretur ff. de Legat.
l. Card. Mantica de coniect. ult. vo-
lunt. lib. 3. tit. 5. n. 2. Atqui verisi-
milis est coniectura & præsumptio de
mente Fundatorum, qui adeò libe-
rales existerunt in causis pijs, & Cle-
ricos Ecclesiæ Ministros, quòd non
ita acce, ut verba foundationum so-
lant, adstringere fundatos à se Ca-
pellanos voluerint ad Missas, in deter-
minato numero, & loco dicendas,
ut non aliquas aut omittere, aut alibi
dicere pro sua opportunitate valeant;
ad enim credere fas est de pietate, re-
verentia, & liberalitate Fundatorum,
quæ ferebantur in Dei Ministros, quòd
sempe illos non ut mercenarios servos,
sed ut honorarios Capellanos, Deique
Ministros tractare, liberalitèrque ob-
sequia spiritualia, quæ utique taxatò in
singula pretiò emere noluerint, re-
numerari intenderint.

II. Hæredes Fundatorum successe-

runt in omnia istorum jura. per l. 62.
ff. de R. J. atque eandem cum illis po-
testatem obtinent. l. 59. ff. cod. l. 37.
ff. de acquir. vel amitt. hæred. Ergo
etiam idem jus & eandem potesta-
tem nacti sunt circa Capellanas, à
Majoribus suis fundatas: sed Majores
& Fundatores, adhuc in vivis exi-
stentes, utique poterant suis Capel-
lanis indulgere seu tacitè seu expressè,
ut non in omni rigore observarent
leges foundationum: ergo & Hæredes
possunt. Tacitè autem indulgent Hæ-
redes, si dissimulent, & non urgeant,
ut sacra dicantur in loco à Fundato-
ribus designato, v. g. in Arcibus, præ-
sertim cum hæc loci circumstantia vi-
deatur spectare favorem Hæredum;
aut si conniveant, dum advertunt,
quædam omnino non dici, ut hæc-
tenus dissimulârunt: ergo Capellanos
suos reddiderunt securos in consci-
entia.

III. & principaliter. Jam longissimo,
& fortassis etiam immemoriali tem-
pore, omiserunt Capellani isti aliquas
Missas, & multas non legerunt in lo-
co, quas & ubi foundationum Leges
legi statuerunt: sed notissimi Juris
est,

K k k 3

est, omne jus & debitum extinguere per Præscriptionem longissimam, & maximè immemoralis temporis. Nec ulli in Jure excipiuntur jura ac debita ex piis foundationibus originem sortita; imò de onere Missarum per Præscriptionem extinguendo idem in specie docet Pellizar. *de Regular. Tract. 5. cap. 9. n. 92.* & docti Recentiores ab ipso consulti, atque nos ipsi suprà *de cis. 7. tit. VII. lib. 1.* quia ex una parte præscribi potest contra jura defunctorum, ex altera verò neque SS. Canones, neque Doctores, à generali regula excipiunt jus, quod habuerunt defuncti ad tot & tot Sacra, in hoc vel illo loco celebranda. Eandem doctrinam expressè tradit P. Thomas Tambur. *l. 3. c. 7. §. 1. in Meth. celebr.* & cum eo P. Georg. Gobat. *in Theol. Experim. tr. 3. n. 514.* qui *n. seq.* etiam extendit ad extinguendam viâ Præscriptionis obligationem Anniversariorum, Officii Defunctorum, annuæ Eleemosynæ, & Legatorum pro pauperibus, allegans Lessium & Covarruv. atque insuper ait, sufficere

ad hujusmodi Præscriptionem 30. annos. Ergo Cappellani isti saltem iustitiam in conscientia propter Præscriptionem: imò etiam

IV. Propter Consuetudinem legibus contrariam; nam Consuetudo à Præscriptione potissimum differt, quòd Consuetudo respiciat ac dicat actus frequentatos alicujus Communitatis; Præscriptio verò actus privatorum quilibet: in præsentem autem casum à Fundatorum legibus recesserunt non tantum vel alterius Castri Beneficiorum sed plurium per integram Provinciam, adeoque integra Communitate Beneficiorum in Castris Nobilium, saltem major illius pars, actus functionibus contrarios exercuit longo tempore, ad Consuetudinem sufficiens quod ferè est tantum 10. annorum nec in Consuetudine requiritur bona fides, sicut in Præscriptione, & in quibus introducitur Consuetudo, præsumunt esse peccaminosi, ut docet meo *Candidato Jurisprudentia tit. de Consuet. 4. Lib. 1. n. 8.*

Deciditur Quæstio.

EGO econtra, nihil his motus, ago Patronum piarum Foundationum contra Capellanos, & censeo, in harendum esse omnino litteræ & dispositioni claræ, in instrumentis foundationum, certum Missarum in certo loco legendarum numerum determinantibus comprehensæ. Dico proin, Beneficiarios istos omnino teneri in con-

scientia ad tot Missas dicendas, præscribunt litteræ foundationum, & que in illo loco, ubi eas dici voluerunt Fundatores.

Ratio sic decidendi unica quidem at palmaris & inconcussa est, nempe voluntas Fundatorum, quæ instauratimæ voluntatis testamentariæ foundationes extra Testamentum

ut velut Regina dominari debet, ac inviolabiliter observari. *can. Eleutherius 30. caus. 18. q. 2. Clem. 2. de Relig. Domib. l. in conditionibus 19. pr. & l. si cui 50. ff. de condit. & demonstr. l. si mihi & tibi 12. §. in legatis. ff. de legat. l. Concordant plures utriusque Juris textus; eò quòd piæ fundationes revera sint, & habeantur pro ultimas voluntatibus; licet non semper sint testamentariæ: ultima verò voluntas pro lege est attendenda. *can. ultimus voluntas 4. caus. 13. q. 2. l. si quis heredem in fin. C. de Instit. & substat. Nec opus est allegare Auctores, cum ita conspirent, ut non tot, quin plures, allegari possint, nullumque, qui dissentiat, reperire sit, sive et Theologis sive ex Jurisperitis. Admonere te volonus (sollicitè scribit S. Gregor. M. l. 3. epist. 9. ad Januarium) ne piæ defunctorum voluntates tuas, quod absit, remissione cassentur: si minimum satis de illis constet, uti in præfati casu. Cur autem Jura, præsertim Canonica, adeò firmam & inviolabilem esse velint voluntatem Fundatorum, rationem ulteriorem Pyrrhus Corradus l. 2. Praxis Beneficiaria c. 11. n. 161. reddit hanc, ne scilicet fideles retrahantur à piis fundationibus; quis enim res suas in fundationes & donationes Ecclesiarum, vel Beneficio-**

um, jactare vellet, nisi pro sacrosancto haberi sciret & immutabili, quidquid in causas pias disponitur? quis credat, beneficiorum fundatores contentos fore, aut facillè adducendos, ut tam larga suppeditarent stipendia, si tam facillè contingere posset, ut Clerici reciperent quidem Beneficia & fluentes inde redditus, neglectis interea Officiis, & conditionibus non impletis? cum tamen notum sit, Beneficia non dari nisi propter Officia, *c. fin. de Rescr. in 6.* Quisquis igitur Officium non præstat, & redditus beneficiale percipit, iniquus est defraudator, & injustitiæ peccato constringitur; cum nihil sit, quod hominibus à Justitia magis debeatur, quàm quòd ultimæ eorum voluntates observentur. *l. 1. & ibi notæ Aret. n. 2. C. de SS. Eccles.* Unde & in conscientia tenentur hi Beneficiati, qui præscriptas sibi Missas omiserunt, perceptos his respondentes fructus ante omnem sententiam restituere, nisi, quamprimum poterunt, neglectas compensent. Ad illas tamen, quas quidem legunt, at non in loco debito, in eodem loco repetendas probabilius non sunt adstricti, nec à Judice compellendi, licet aliter puniri aut mulctari possint.

Diluuntur Rationes Dubitandi.

Prima corrumpit per se, quia conjecturis & præsumptione opus non est, ubi veritatem in claris, nec be-

nigniori interpretationi locus datur, ubi manifesta est mens ac voluntas Fundatorum. *l. 3. C. de liber. præterit.* Mantica

Mantica de *conject. ult. vol. l. 3. tit. 3. n. 2.* Sed Fundatores clarè ac manifestè declararunt voluntatem suam, certum Missarum numerum, in certo loco dicendarum, præscribendo Beneficiatis: quis igitur credat, determinatum à Fundatoribus numerum & locum Missarum esse relictum Sacellanorum interpretationi, vel arbitrio? Major liberalitas, quàm ipsi expresserunt in litteris fundationum, pro arbitrio & libitu Sacellanorum affingi non debet piis Fundatoribus, Dei cultum in certis Sacellis in sui memoriam & familiaritatem spiritualem ex pluralitate Sacrorum spectantibus.

Altera est æquè infirma. Hæredes quidem succedunt in omnia jura defunctorum, in quæ illos succedere voluerunt defuncti: non autem in illa jura, quæ suis Hæredibus subtraxerunt per specialem dispositionem propriam, & obligatione perpetua Hæredibus injuncta, ut exequantur, quæ defuncti priùs ordinârunt: sic, si defuncti erexerunt fideicommissum, non amplius est in potestate Hæredum de bonis fideicommissi subjectis aliter disponere, quàm disposuerunt defuncti: sic Hæredibus non licet intervertere legata defunctorum. Id quod à fortiori verum est in piis fundationibus, quæ tam strictè obligant Hæredes ad earum observationem, prout ordinârunt defuncti, ut nulla ratione, ubi claræ sunt, eas immutare, vel conditiones obligationisve à Fundatoribus statutas remittere valeant, utpote habentes rationem Legis, ut

est indubitati Juris, & communis sensus. Audiatur Trid. quod sess. 21. c. 5. de Reform. sic loquitur: *Ratione postulat ut illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur quando igitur ex Beneficiorum quocumque erectionis seu fundatione aut constitutionibus qualitates aliquæ præstantur &c. in Beneficiorum collatione seu in quacunque alia dispositione etiam derogetur.* Et sic sæpius jam decessit S. Congregatio Cardd. interpres Concilii Trid. teste Garcia de Beneficiis 7. c. 1. à n. 112. Atque de Hæredibus sic sentiunt, quod scio, omnes Card. de Luca, Leurenio de *stat. benef. p. 2. q. 94.* & quidem ita, ut rogare nequeant etiam cum consensu Episcopi. Card. de Luca de Beneficiis *scursu 96.* allegans decisiones Rotæ. P. rth. Corrad in *praxi benef. l. 2. c. n. 144. seqq.* ubi id habet pro indubitato & in praxi recepta veritate, adducit etiam declarationes S. Congreg. Cardd. & hanc in specie: *Congregatio Concilii censuit, non licere Episcopo post Concilium (Tridentinum) etiam auctoritate Patronorum (seu Hæredum) communi su, derogare qualitatibus in fundationibus appositis.* Quamvis igitur communi or Doctorum Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, concessa potestatem ultimas piis voluntatibus ex justa causa commutandi in alium usum pium propter Trid. S. 22. c. 1. de Ref. negatur tamen eidem potestatem immutandi conditiones fundationum beneficialium propter idem Trid.

ca. 5. de Ref. & varias Cardd. declarationes, etiam cum consensu Hæreticorum. Imò nec Papa id potest absque gravi causa, & potestate ordinaria, per ea quæ cum aliis dicit Sanch. de Matr. l. 8. d. 17. n. 14. quia inter Fundatorem & Ecclesiam censetur esse ritus contractus, vi cuius observentur, quæ Fundator disposuit. Quid ergo Hæretici, inque soli, hac in re possint?

Tertia idcirco hîc locum non invenit, quia defunt conditiones ad Præscriptionem legitimam requisitæ, nimirum bona fides, iustus titulus, possessio, & tempus: *bona fides* quidem, quæ vel maximè necessaria est. c. 5. c. 5. de Præscript. c. 2. de R. J. in 6. quia Beneficiati in ingressu Beneficii tenentur in conscientia inquirere in omnia onera eidem à Fundatoribus imposita, nisi solent ipsis exhiberi & dari litteræ foundationum. Vel igitur inquireverunt in onera, aut litteras foundationum inspexerunt, vel non? si inquireverunt aut inspexerunt, utique in notitiam venerunt suæ obligationis ad dicendas tot & tot Missas, in hoc & illo loco, adeoque eam non implendo peccaverunt, & sic in mala fide exstiterunt: si non inquireverunt, aut non inspexerunt litteras, culpabilis utique fuit hæc negligentia & inde orta ignorantia, consequenter inductiva peccati & mala fidei. Dein qui litteras, in quibus comprehenditur ipsius obligatio, penes se retinet, præsumitur scire obligationem, atque tenorem litterarum: ergo præsumitur, mala fide neglectam esse impletionem obligationis: ergo,
(R. P. P. Hæreticæ Decisiones)

licet fortassis (nescio qua ignorantia, errore, vel inadvertentiâ ad numerum & locum Missarum, mortaliter non peccaminosâ, interveniente) pro foro interno adfuisse bona fides, pro foro tamen externo præsumendi sunt hi Beneficiati semper fuisse & adhuc esse in mala fide, consequenter à Superiore Ecclesiastico, si causa ad ipsum deferretur, compellendi essent ad omnes Missas in loco, à se designato, à Fundatoribus præscriptas deinceps celebrandas, & ad omittas compensandas. *Iustus Titulus* autem & *Possessio* legitima defuisse videtur ex eo capite, quia Tridentinum Sess. 25. c. 5. cit. reprobatur omnes derogationes circa conditiones foundationum Beneficialium, consequenter nullum approbat titulum vel possessionem contra ejusmodi foundationes tendentem: titulus autem & possessio à Jure reprobata non potest fundare Præscriptionem. Accedit, quòd Pius IV. in confirmatione Tridentini irritaverit omnia Tridentinæ dispositioni contraria: atqui si Jus reprober actum cum decreto & clausula *irritante*, inficit ipsum *titulum*, *possessionem*, & omnes actus subsequentes in contrarium, uti notant Chokier, & Nicolarts in *Concord. German. tit. 3. d. 2. §. 9.* ac variæ habent decisiones Rotæ apud Garciam & la Croix *lib. 4. n. 657.* Et quia ex dicto Trident. & confirmatoria Pii IV. colligitur, tempus ad præscribendum contra foundationum Beneficialium conditiones debere esse immemorabile, in quo non requiritur allegatio aut
L 11 proba-

probatio tituli, sed præsumitur titulus quicumque de Jure habilis, idcirco nec *tempus legitimum* ad hanc Præscriptionem faciliè probabitur: quamdiu igitur Beneficiati non probaverint tempus immemoriale suæ possessionis vel quasi, & quidem per nullum actum contrarium interruptæ, tamdiu ipsis etiam ex hoc capite non patrocinabitur Præscriptio. Esto, quòd aliàs præscribi absolutè possit contra causas etiam pias, ac fundationes etiam Beneficiales, non quidem in totum, ita ut nullum amplius officium & functio sacra peragi debeat; si enim id contingeret, simul extingueretur ipsum Beneficium; cùm Beneficium essentialiter detur propter officium; sed secundùm quid, & quoad partem oneris vel officii.

Quarta omnino evinceret intentum, si Beneficiati possent concludenter probare Consuetudinem, fundationibus beneficialibus adversantem quoad numerum Missarum & locum. Sed hoc erit ipsis difficillimum; quia ad probandam debitè consuetudinem hanc necesse foret convincenter probare I. Ab integra communitate, vel vicinia, aut saltem majori parte non observari numerum & locum Missarum

à Fundatoribus præscriptum in Constitris Nobilium (nam Consuetudo essentialiter respicit communitatem aliquam) & quidem II. Per omnes notorias. III. Diuturno tempore continuatas. IV. Nunquam interruptas intra tempus, ad inducendam consuetudinem requisitum, sive per actum contrarium, sive per reclamationem Hæredum, qui sunt loco Fundatorum. V. Positas sine ignorantia & errore circa fundationum tenorem sed VI. Cum intentione tollendi obligationem à Fundatoribus impostam seu introducendi Consuetudinem contrariam. Menoch, Harpprecht, Nock. & alii passim, ubi tractant de consuetudine contra legem, se fundant in §. 9. *Inst. de l. N. G. §. c. l. 34. 35. ff. de LL. l. 1. l. 2. C. quæ longa consuetudo &c.* Quæ omnia tunc necessariò legitime probanda erent, ita difficillimè, & ne vix quidem in presenti negotio probari possent. Istimo, adeoque nec præsentiam Consuetudinem; præsertim cùm hinc agitur de imminuenda Capellaniarum fundatione primæva, cui majorem vim quàm Consuetudini, vel etiam Prælegio, per se inesse tradit *Corrad. lib. 2. c. 10. n. 90. Prax. Benefic.*

